



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Vtrum Sacerdotes sint vsurarij, aut vsu fructuarij in redditibus Ecclesiarum?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](#)

Vtrum Sacerdotes sint usurarij,  
aut usfructuarij in redditibus Ecclesiarum?

Vetus quæstio est: An Sacerdotibus liceat  
libere proprium, cum scriptum sit: Non haben-<sup>MATTH. 10.</sup>  
tes in Zonis. Deinde quale ius in redditibus  
Ecclesiarum habeant. Atq; contendunt, Sacerdo-  
tis tantum habere usum, alij defendunt, etiam  
usfructū eos habere pensionum Ecclesiasticarū.

Est autem usus ius quo licet possidenti pro se ~~ut~~ reg.  
Ufamilia uti rebus seu fructibus ita, vt reli-  
quorum fructuum proprietatem non conseq-  
uitur. Quare non potest eos vendere, aut in testa-  
mento ad alios transferre, vt cum usus præse-  
bur alicui conceditur.

Sed usfructus est ius quo licet uti rebus seu ~~reg.~~ qd*s.*  
fructibus ita, vt reliquorum fructuum proprie-  
tam possessor consequatur, sed fundi proprietas  
rem non habet.

Cum igitur Sacerdotes interdum vēndant re-  
liquos fructus, aut donent alijs, aut in testamen-  
to transferant ad alios, motæ sunt quæstiones, re-  
tine id fieri possit, cum bona Ecclesiae sint elec-  
mosynæ. In eleemosynis autem videatur tantum  
ius constitui, quia parce eis vēndendum est, vt ju-  
persint

persint reliqui fructus ad necessitatem aliorum  
egentium.

Et extat constitutio in Decretis x. quest. 7.  
quæ vetat Episcopos & Diaconos alienare re-  
liquos fructus, videlicet, quia iuuandi sint ali-  
gentes. Sed omitto veteres constitutiones, que  
suis temporibus caussas habuerunt probabiles.  
Nam alia forma est in politica gubernatione fa-  
cilitatum & reddituum, &c.

¶ pars.

Sit autem hæc prima conclusio. Sine alia du-  
bitatione verum est, pastores & ministros Ec-  
clesiarum posse tenere proprium sicut possunt esse  
coniuges & patres, ac diuersum sentire, prorsus  
insania est, sicut sæpe fanatici homines, Viuoles-  
& alij, & recens Anabaptistæ de hac quæstione  
tumultuati sunt. Manifesta est autem confirma-  
tio conclusionis ex regula verissima, quæ affir-  
mat omnibus Christianis licere uti legitimis or-  
dinationibus politicis, & quidem agnoscere debe-  
mus diuinitus institutas & approbatas esse, sicut  
Salomon inquit: Libra & statera iudicia Domini  
sunt. Et dictum Christi nominatim tribuit  
proprietatem docentibus: Dignus est operarius  
mercede. Fit autem, merces propria eius, cui sol-  
uitur merces.

Extant acta Bohemorum in Sinodo Basiliensi,  
vbi inter cæteras quæstiones, et hanc agitatam  
esse scribitur: An Sacerdotibus liceat habere  
pro-

proprium. Sed verissimum est, deberi ministris  
Euangelij honestas mercedes seu stipendia, & in  
in verissime habent proprietatem seu dominium,  
qua politicae ordinationes, congruentes cum ius  
naturae sunt res bonae, et diuinitus sancte  
in humana societate, & Christianis concessum  
sunt uti, imo debent Christiani tueri vincula  
societatis communis.

Quod vero dictum est: Non possideatis aës in <sup>II</sup> pars.  
omni, non baculum, non ita duriter accipiendo  
ut regula uniuersalis debeat, quæ  
affirmat, omnibus licere viri politicis ordinatio-  
nibus, Sed prohibet dictum illud curam quæren-  
ti mercedes et defensionem, ita ne sit præcipua.  
Et addit consolationem de victu et defensione,  
prohibens deserter ministerium, etiam cum desunt  
mercedes et defensio, quia Deo curæ erit, ut alii  
ubi p̄y doctores et discipuli habeant hospitia,  
et defensionem. Sicut Eliæ, Dameli, Apostolis,  
habuit hospitia, et eos seruauit, donec curricu-  
lum constitutum quisq; absolueret. Ac nos quidem  
equinur de ministris Euangelij, et de docentib;  
et discentium cœtibus, de quibus omnibus Pau- <sup>Corinthi: 9.</sup>  
lin inquit: Quis militat suis stipendijs? Nihil  
dicimus de otiosis helionibus, qui deuorant  
theosynas Ecclesiæ, et simul eam trucidant.

Postquam autem de proprietate in mercede <sup>III</sup> pars.  
dicitur est, sit perspicua altera conclusio: Minis-  
tri Euangelij reuera sunt usufructuarij, quia in  
mercede

mercede proprietatem habent, ut dictum est. Et verissimum dictum est: Honestissimum partum esse, quod fideliter labore docendi partum est. Iam hic monendi erant omnes gubernatores & omnes homines in Ecclesia, ut libenter conferant ad ministerij & studiorum doctrinæ conseruationem.

*Capit. 49.*

Ideo in Esaias scriptum est: Reges erunt nutritores Ecclesiae, & reginae nutrices; id est, Respub. rhabunt ali ministros Euangeli, & iuvari studia doctrinæ.

*An res conductoris non soluentis aut corruptentis habitationem, sint locatori tanquam pignus obligata:*

Locatio est personæ vel rei ad usum facta concessio, pro pecunia numeranda, de qua consuit. Et cum sit duplex locatio, alia perpetua, alia certi temporis, nos iam de certi temporis locatio ne dicemus. Omittimus etiam questionem de contractu emphyteutico, an sit locatio, cum tamen multum dissimilis sit iuri feudorum, & transferat utile dominium.

Pertinet autem ad bonos mores intelligere, & servare iura locationis, quia ut alias iusticia est, pro rebus aut operis reddere aqualem compensationem: Ita pro hospitio reddenda est compensatio, eoq; magis, quia maior est familiaritas inter hospites, quam alioqui inter ementes & venientes.